UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De .xxiiij. regib[us] p[er]cussis a iosue. ca. x.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

cõfederari. Maiores vero qui iurauerãt ꝓ religione iuriſiurandi ſeruãda. ⁊ murmure populi ſedando. ſic diſpenſauerũt vt nõ haberent eos ſocios. ſed ſeruos aquarios et lignarios. ⁊ dicti ſunt nathinnei qui ſcꝫ ligna cederẽt. ⁊ aquas cõportarent in vſus altarꝫ in locũ quẽ ſibi dñs elegiſſet. Quo facto rediꝫt iſrael in galgalis.

De quinqꝫ regibus ſuſpenſis. Capitulũ. IX.

AD tempore regnabat i iheruſalem adoniſedech q̇ iterp̄tatᷣ dñs iuſtꝰ. forte ſic vocabãtᷣ reges hieroſolymoꝝ. Nã ⁊ melchiſedech ſonat regẽ iuſtũ. Qui cũ audiſſet gabaonitas federatos cũ iſrl' timuit valde. ⁊ cõuocauit quattuor reges ſecũ: et aſcẽderũt q̇nqꝫ reges amorreoꝝ et obſederũt gabaon Obſeſſi aũt miſerũt ad ioſue dicẽtes Aſcẽde cito et libera nos. Qui collecto exercitu irruit repente ſuꝑ hoſtes et verſi ſunt in fugã ꝑ deſcenſum bethoron. Et dñs miſit grandinem ſuper eos. et plures occidit grando ꝙ gladiꝰ. Vidẽs aũt ioſue ſolẽ deſcendentẽ ad occaſum: et lunam aſcendentem: timens ne beneficio noctis euaderent hoſtes clamauit ad dominũ dicens. Sol contra gabaon ne mouearis. et luna ꝯtra vallem baylon. Steteruntqꝫ ſol et luna ſpacio vniꝰ diei. nec antea nec poſtea fuit tam longa dies. Quinqꝫ vero reges abſconderunt ſe in ſpelunca vrbis maceda. Preceptiqꝫ ioſue ſocijs ſuis et ait Voluite ſaxa ad os ſpelũce ⁊ apponite cuſtodes: vos autem perſequimini hoſtes. Ceſis itaqꝫ aduerſarijs plaga magna: rediꝫt exercitꝰ ad ioſue in maceda: vbi tunc erãt caſtra ſana ⁊ integro numero. Et ait ioſue. Producite q̇nqꝫ reges de ſpelũca. Quibus eductis: dixit ad principes exercitus. Ponite pedes ſuper colla regũ iſtoꝝ ne timeatis. Sic faciet dñs cunctis hoſtibus veſtris. Quo facto ſuſpẽderunt reges in patibulis. depoſitoſqꝫ ad veſperam piecerunt in ſpeluncã in qua latuerant: ⁊ poſuerũt ſuꝑ os eius ſaxa in tumulũ ſempiternũ. Eadẽ die ꝑcuſſit madã et regẽ eiꝰ in ore gladij. Poſtea vero vaſtauit lebnã et lachim. eglon quoqꝫ et hebron ⁊ dabir. et reuerſus eſt cum omni iſraele ad locũ caſtrorum in galgala.

Sub ezechia: q̇nqꝫ hore addite ſunt. hic vnus dies.

De. xxiiij. regibꝯ ꝑcuſſis a ioſue. Capitulum. X.

QJod cum audiſſet iabin rex aſor miſit ad oẽs reges circumſtãtes. Egreſſiqꝫ ſunt vigintiquattuor reges cum turmis ſuis habentes ſecũ trecenta milia armatoꝝ. et duo milia curruũ conuenerũt ad aquas meron alᷣs meroy. vt pugnarent cõtra iſrael. Dixitqꝫ dñs ad ioſue. Ne timeas eos: cras tradã tibi omnes vulnerãdos. equos eoꝝ ſubneruabis: et currus igne cõbures. Factumqꝫ ẽ ita. Percuſſeruntqꝫ omnes filij iſrael: preter eos q̇ i ciuitates munitiſſimas ſe receperũt Fecerãt eñi ſibi chananei plures munitões ꝓualidas a die qua audierãt egreſſuꝫ iſrael ab egypto aduerſum ſe. nec eas niſi longo tẽpore et graui labore obtinuit iſrael. Vaſtauit tamẽ vniuerſam circaregionẽ: nulli etati hominũ parcens aut ſexui. ditatuſqꝫ eſt ſuꝑ modũ ex hoſtiũ preda.

De altari in hebal. et prima diſtributione terre. Capitulũ. XI.

QJintus iam annus trãſierat et trãſtulit ioſue locum caſtroꝝ in ſylo. et ibidẽ trãſtulit tabernaculũ cum omni ornatu ſuo pro loci opportunitate. Et inde ꝓceſſit in ſichem cũ omni populo. et conſtituit in monte hebal altare domino de lapidibus impolitis: obtulitqꝫ ſuꝑ eo holocauſta ⁊ pacifica Scripſitqꝫ ſuꝑ illud deuteronomiũ. qḋ quidam intelligũt mandata tm̄ deuteronomij. Poſuitqꝫ mediã partẽ populi ſui ſuper monteꝫ hebal cum ſacerdotibꝯ ⁊ leuitis. aliamqꝫ mediam in montẽ gazarim: cum ſacerdotibus et leuitis. Et acclamauerũt ſibi alternatim benedictiones et maledictiones ſicut mandauerat illis moyſes. Porro ioſephus tradidit maledicta et benedicta in altari cõſcripta reliquiſſe. Quo facto redierunt in ſylo. Cõceſſit aũt ioſue tribui iuda montana ad meridiem que iam adquiſierãt ſed nondum ſorte tradidit. Effraim quoqꝫ cõceſſit montana ad aquilonẽ. inter vtrũqꝫ mediã tribũ manaſſe collocans. His tribubus cõmiſit terraꝫ: alijs in caſtris manentibꝯ. tum quia